10.

Markgraf Heinrich von Eilenburg übereignet sein Gut in Altenburg dem Kloster Nienburg.

1106.

Hdschr.: Aeltere Kopie (Papier) im Mannschen Nachlasse im Haus- und Staatsarchiv Zerbst.
Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,132.
Anm.: Die Urkunde hat das Auffallende, daß der Aussteller derselben im Jahre 1106 erst kaum 3 Jahr alt war. Außerdem müßte man, da Erzbischof Hartwig von Magdeburg schon am 17. Juni 1102 starb, statt Hartwigo *lesen:* Heinrico, *was bei der schlechten Beschaffenheit der Abschrift wenig Bedenken haben kann. Vergl. Posse, Markgrafen von Meißen 249 Anm. 119 und Cod. Sax. I. 1, 134.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus in Christo pie viventibus, quod ego Heinricus dei gratia marchio de Ilburch necessitatis indigentia preoccupatus predium meum, quod est in Analenburch, cum omnibus attinentiis suis scilicet sexaginta duobus mansis domino Herenberto abbati in Nienborch cum consensu omnium fratrum inibi degentium et ecclesie sancte dei genitricis[a]) ibidem pro centum marcis argenti exposui illudque statuto die iuxta condictum ipsius abbatis totiusque congregationis cum memorata iam paeccunia solvere proposui. Cum vero iam prefixus dies advenisset et abbas argentum mihi dudum datum requisisset, minime illud reconpensare valens predium meum superius dictum, quod est in Analenburch, cum universis utilitatibus suis ecclesie dei genitricis et perpetue virginis Marie, que est in Nienborch, pro me, parentibus meis in perpetuam possessionis institutam obtuli atque hanc oblationem[b]) coram abbate eiusdem ecclesie domino Herenberto sub tuicione . . . . et advocati comitis Ottonis de Ballenstad ceterorumque testium in presentiarum consistentium, qui fuerunt[c]) Henricus de Pazleue et fratres eius Adalbertus, Hodo, Esicus, Kisce, Hogerus, Tadi, Henricus, Fridericus, Otto Zlanck, Godescalcus, Arnoldus, Thiedolfus et alii multi, sigilli mei impressione corroboravi. Quod quia precibus meis id exigentibus apostolica simul et imperatoria et abbatis auctoritate et banno firmatum est, si quis temerare presumpserit, eterne maledictionis penis cum diabolo et membris eius ipse membrum illius effectus subiacebit.

Hec acta sunt anno MCVI, regnante Henrico rege IIII. et Hardwigo Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo, indictione XIIII.

11.

König Heinrich V. restituirt dem Kloster St. Maximin bei Trier die demselben entzogenen Güter. — Interventienten: die Grafen Wiprecht und Hermann. **Mainz, 1107 Mai 2.**

Hdschr.: Or. Perg. Nat. Bibliothek Paris. (St. Maximin 42 No. 9266 fonds latin.) — S. = Breßlau, Heinrich V. 1.
Gedr.: Beyer, Mittelrhein. Urkundenb. 1,471. Stumpf 3014.

— — ob interventum fidelium nostrorum Ruothardi videlicet Mogontiacensis, Brunonis Treuirensis, Friderici Coloniensis, Cuonradi Salzburgensis venerabilium archiepiscoporum, Gebehardi Constantiensis, Burchardi Monasteriensis, Vdonis Hildinesheimensis, Ottonis Babenbergensis, Arlongi Wirziburgensis venerabilium episcoporum,

10. *a)* genitrix. *b)* atque sigilli mei impressionem hanc oblationem. *c)* fuit.